



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Animus ad humilia delapsus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

reat Deus. Nasci præterea pleraque, imo innumerabiles animas tantæ lucis fastigio ineptas, raras admodum aptas: propterea quod corpore mortali obtectæ sunt, cujus si quando obliviscantur, gradum illum eminentissimum, ut astrum proprium, semper ante oculos habituræ sunt, ita ut nondum illum antiquum agnoscant, quæque inferiora illo sunt, contemnant, & aspernentur.

VOLUPTATUM ET MALORUM AFFECTUUM DISSIPATIO,
CAP. XV.

*Ciconia
bellum cum
Serpenti-
bus, quid.*

Habet & hoc Ciconia commune cum superis, quod, ut dicebamus, bellum illi assidue cum Serpenti- bus est: quod quidem animantium genus ita prorsus terrestre est, ut humi repat, humi semper vel adhærescat, vel in abditissimas se terræ latebras occultet. Ita animus qui mortali- um delicias aversetur, terrenosque affectus humi prope- modum obvolutos longe summoveat, & penitus amoliat- ur, per hieroglyphicum hujus alitis, quæ Serpentem di- laceret, apte significabitur. Serpentem vero inter alia si- gnificata petulciorum voluptatum, molliumque illece- brarum symbolum esse, plerisque locis toto hoc opere de- claratum est, suo vero Commentario plenissime.



ANIMUS AD HUMILIA DEJECTUS.
CAP. XVI.

AD hunc itaque modum Ciconiæ nidulantur: sed si super ea unquam mentio fit, quod humi ova deponat, alterius significati gratia confictum, quasi rem ab ingenio suo alienissimam aggredie- tur: eritque Ciconiæ humi ova deponentis hieroglyphicum, animus ad humilia dejectus. Aliqua est omnino anima talis, atque utinam non innumerabiles hujusmodi reperirentur, quæ, licet totæ in res divinas vergant, totæ assurgant, totæ humanas res contemnant, totæ divinis aspirent, quadam tamen vulgari animarum labe contagioneque fit, ut cum aliis mortalibus verentur eorumque curas inanissimas in necessariis parandis, in periculis vitandis, in familia, domo, agris, honoribus, aliisque id genus sexcentis procurandis, imitentur. Atque ita avis cæli gratia nata, dum ad huma- na serpit, humi ova collocare dicta sit, & a sanctissimis naturæ suæ institutis aberrare. Memini ve- ro & illud disputasse te, Latinorum aliquot per Kasidam, Cassitam, interpretatos, fabuloseque Ge- lium fabulam commentum de nidificatione in agris & in segetibus, sed eum apologum, non histo- riam scripsisse: dicebasque Latinos nostros, una cum Græcis, quippe qui sint ad divinos sonos sibi barbari, cum sacris literis careant, aspirationem gravem in C literam mutare solitos, & pro filio No- Ham, scriptitare Cham: pro Ahab, Achab: pro Ohozia, Ochozia. Et Blondum, in asportando Di- Marei corpore suum tergis operto, exclamatum scribere, *Cancir, Cancir*, ab iis qui Alexandria cu- stodes erant, cum Hazir Arabum lingua enunciasent, quæ vox suam sonat: esse vero Arabum in- quam Hebræorum linguæ non abimilem, & hos, & illos æquè suillam abominari, manifestum est. Qui quidem error à quodam nostri temporis novo interprete, omnibus divinarum institutionum & historiæ tam veteris quam novæ libris, supra quam dici possit, auctus est. Sed hæc alii viderunt. Nos quæ ad alitis significata spectare videbantur, quæque ad rem ipsam attinerent, ita ut videri qua potuimus cura, collegimus:

*A. Gellius
lib. 2. c. 29.*

*Affinitas
linguæ Ara-
bicae & He-
braeæ.*

*Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis,
Effluxisse meo fortè putes anime.*

Hæc demum est illa Ciconia quam per literas apponi tibi iusseras, Pater sapientissime: insipida illa quidem futura, nisi aromatibus ex Arabia illa tua petitis, largeque superfusus, commendationem & liquam acquirerit. Sed jam reliqua hujus generis aggrediamur.